



Kern 86
(1-54; a-g)

(49)

INDEX
LABORVM
QVIBVS
ACADEMIAE
FRIDERICIANAE
PROFESSORES
PER SEMESTRE HIBERNVM
IN
STVDIOSAE IYVENTVTIS COMMODVM
OCCVPABVNTVR
PRORECTORE MAGNIFICO
D. PHILIPPO ADOLPHO
BOEHMERO

MED. ANAT. ET CHIRVRG. P. P. ORDINAR.
ACAD. CAESAR. NAT. CVRIOS. ITEMQVE IMPERIAL. PETROPOL.
NEC NON REG. BEROL. SCIENT. ET PARIS. CHIRVRGOR.
SODALI

P. P. d. XXVIII, SEPTEMB. MDCCLXV.



HALAE MAGDEBVRGICAE,
EX OFFICINA CHRISTOPHORI MICHAELIS VESTERI

LECTIONES
PRORECTORIS, DIRECTORIS,
ET
PROFESSORIS MATHESEOS ET PHYSICES PRIMARIJ.



PHILIPPVS ADOLPHVS BOEHMER hora VIII-IX. et II-III.
Cel. LVDWIGII *Institutiones Medicinæ* clinice, additis insuper ob-
servationibus et necessariis regulis et cautelis practicis, perspicue explica-
bit; hora I-II. autem *Osteologiam* ad ductum compendii proprii praeleget,
curamque insinual instituendarum Demonstrationum et Praeparationum Anatomicarum habebit.

IOH. TOB. CARRACH *privatim* 1) B. Dn. BOEHMERI *doctrinam de Actionibus*,
2) EIVSDEMQUE *Introductionem in Ius Digestorum*, 3) nec non B. Dn. HEINECCI *Ele-
menta Juris Civilis* secundum Ordinem *Institutionum* ita interpretabitur, ut et Romana et
Germanica Iura ex suis explicet principiis generis, iisque inuicem comparatis de *Differentia*
et *conuenientia Iurium horum* auditores recte discant iudicare atque ad solidam praxin foren-
sem praeparantur. Addet 4) quoque *Collegium Professuale* ad thesa. suas.

IO. ANDR. DE SEGNER lectione publica hora XI. explicabit primas sessiones
Physicae suae, quae *Staticam* potissimum continent. Perget autem, quouis ab hoc semestri,
aliqua eius Scientiae capita publice tradendo, donec libellum absoluerit totum, quod, si Deus
vitam prorogauerit, futurum sperat intra biennium. Dabit operam, ut cuiuslibet semestris
initio principia eius dekursit tradendorum ex antecedentibus repetat, quo a nouis etiam audi-
toribus possint percipi. *Privatim* hora II. denno tradet *Elementa Matheseos*, id est, Arith-
meticam et Geometricam cum Trigonometria. Hora autem III. illustrabit *Introductionem in
Philosophiam GRAEVSANDI*. Pluribus hoc semestri collegiis vacare vix potest, quia et pri-
uatum in decem occupatur. Quibus omnino praesens fuerit, hincetis functionum desin-
deriis, qui speciatim insitui in aliquibus Matheseos vel Analyticae partibus cupierint, satis-
facere, numquam deerit.

LECTIONES THEOLOGICAE.

GOTTHILF AVGVSTVS FRANKIVS *Institutiones* pastorales, quas breui-
ori aetatis spatio succincte tradidit, instante hieme paullo uberius, additis pluribus eo perti-
nentibus casibus, traclabit.

IO. GEOR. KNAPP hora VIII-IX alteram *theologiae dogmaticae partem* explica-
bit; hora XI-XII. perget in *theologia polemica*; idem fiet in *traclatione aetetica* Inuocacionum S. S.
locorum die Domini hora V-VI.

IO. SALOMO SEMLER publice perget in *Institutione* ad liberalem eruditionem
theologicam; *privatim* exponet partem *secundam dogmaticae* theologiae; *primam* autem *pole-
micam*. Idem *selectis* auditoribus *librorum symbolicorum*, et *Moralis* theologiae disciplinam
praebit. Nec deerant exercitia disputandi in Seminario theol.

IO. AUG. NOESELDT 1) publice persequetur *lectiones apologeticas pro veritate
religionis Christianae*; 2) *privatim* explicabit et cursu scripturario *Euangelium Iohannis*, *Acta
Apostolica*, *epistolae Catholicae* et eam, quam Paulus ad *Ebraeos* scripsit; 3) enarrabit *fata
et conuerfiones Ecclesiae Christianae* a saeculo septimo ad nostram usque aetatem, et 4) *doctri-
nam Christianam de homine eiusque beatitate per Deum*, interpretabitur secundum nobilissimam
S. S. Scripturarum loca, in quibus ea clarissime tradita est. Si fieri per ceteros labores potest,
non deerit voluntati eorum, qui lectiones de moribus Christianorum recte regendis postularunt.

IO. FRID. GRUNER 1) *praelaciones publicas* in librum suum, *Versuch eines
pragmatischen Auszuges aus der Kirchengeschichte der Christen*, continuabit. *Privatim*
2) tradet *Theologiam Polemicam*. 3) denno auspicabitur *praelaciones homileticas* in librum
suum, *Anweisung zur geistlichen Beredsamkeit*.

IVRIDICAE.

DANIEL NETTELBLADT commentabitur hora IX-X. in *Georg. Lud. BOE-
MERI* Principia iuris canonici; hora X-XI. et II-III. in *Ioh. Aug. HELFELD* iurispru-
den-

dentiam forensis secundum Pandectarum Ordinem, hora XI-XII, in *Iob. Steph. PÜTTERI Grandis des teutschen Staats-Recht*. Addet hora III-IV. collegium practicum ad ductum libellorum suorum von *der practischen Rechtsgelahrtheit überhaupt et der Anleitung zu der aufergerichtlichen practischen Rechtsgelahrtheit*, nec non CLAPROHTI et SIEBERI libellorum: *Prima linea Iuriprudenciae extraiudicialis et Versuch einer Anleitung zum gerichtlichen Praef.*

PHILIPPVS IACOBVS HEISLER in B. LYDVICI doctrinam Pandectarum per integrum annum commentabitur, nobiliores simul Iuris Civilis controversias late examinaturos. Occupabitur hisce laboribus per hiemem hora X-XI. et II-III. Sua etiam iis officia offert, qui collegium aliquod privatissimum desiderabunt.

GEORGIVS SAMVEL MADIHN 1) publice titulum Digestorum de verborum significatione, diebus Mercurii atque Saturni hor. XI-XII. animaduersionibus criticis illustrabit, priuatum vero docebit. 2) hor. IX-X. *Ius naturae*; 3) hor. III-IV. *Historiam Iuris vniuersi* duce Illustri Dno de SELCHOW, quam iterum auspicabitur, omnesque Iurium vicissitudines copiose enarrabit; 4) recte disputandi rationem die Saturni hor. I-III. enoluet eamque vt suis exemplis Commilitones bene illafrent, operam nauabit; ac denique lectiones, quibus anni spatium definiuit, intra hoc semestre plane absoluet. 5) *Iuris* nemp Digestorum ad librum HELLFELDIANVM hor. X-XI. et II-III. et 6) *Institutionum* suarum Iuris Civilis diebus *Vincae, Martis, Iouis et Veneris* hor. XI-XII.

ERNESTVS CHRISTIANVS WESTPHAL instante semestri operam dabit 1) Hor. VIII-IX. Collegio *Iuris Criminalis* praenunte Compendio ENGAVIANO, 2) Hor. X-XI. et II-III. Collegio *Pandectarum* secundum seriem Compendii LYDVICIANI, 3) Hor. XI-XII. Institutionibus Iuris Civili ad HEINSECCI Elementa, 4) hor. IV-V. Collegio Iuris Feudalis, duce *Georg. Lud. BOEMERO* 5) Exercitio examinatio.

PHILIPPVS ERNESTVS BERTRAM 1) explicabit Ill. PVETTERI Elementa Iuris publici Germanici, 2) commentabitur ad *Eiusdem Historiam Imperii Germanici*, 3) tradet *Notitiam politicam* praecipuorum *Europae regnorum*, praecunte Cl. REHNVALD, addetque notitiam regnorum ab Auctore omissorum. 4) Illustrabit Cl. REINHARDI Compendium *Historiae vniuersalis* tam antiquae quam nouae; et 5) docebit *Notitiam politicam Germaniae* generalem et specialem ad filium compendii sui. Horas Singularum lectionum e valus publicis significabit.

MEDICAE.

ANDREAS ELIAS BUCHNER publicis in praefectionibus, diebus 8 et 9ni, hora XI-XII. commentabitur in SCHARANDAE libellum, de *Ratione vitandi aegros: priuato autem studio hora matutina VIII-IX. Theophrasti generalis* fundamenta tradet; hora X-XI. *simplicium Medicamentorum*, ex tribus, quae vocant, *Naturae regis delinutorum, facultatis et visum*, iuxta *Fundamenta sua Materiae medicae* explanabit; hora denique XI-XII. diebus 10 et 11. LYDVICI *Institutiones Medicinae forensis* interpretabitur, horumque laborum initium d. XXI. Octobr. b. c. D. faciet.

FRIDER. HOFFMANN publice hora X-XI. physiologiam, priuatum vero hora XI-XII. pathologiam praeleget. Initium harum lectionum erit finitis mundinis Lipsiensibus.

IO. PET. EBERHARD hor. II-III. Pathologiam tam generalem quam specialem explicabit ad ductum T. II. *Conspectus Medic. Theoret.* a se editi. Praeterea vel *Semilogiam* vel *Historiam Medicinae* tradet. Reliquae Praelectiones erunt philosophicae.

D. FRID. CHRIST. IVNCKER publice *Pharmacologiam* ad ductum Illust. CARTHEUSERI explicabit. Priuatum horis X-XII. *Therapiam specialem* perspicue tradet, iunctis simul necessariis regulis et cautelis practicis, et hora II-III. docebit *Materiae medicam*, ac subiecta sic dicta medicinalia ostendet. Priuatisse hora IX-X. *Collegium clinicum* consueto more continuabit. Nec deerit iis, qui *Chemiam theoretico-experimentalen* desiderabunt.

PHILOSOPHICAE.

ANDREAS ELIAS BUCHNER per instans Semestre hibernum occupatus erit in explanandis *Physicae dogmaticae* fundamentis, deque harum lectionum initio ac horis suis dem destinandis, consueto tempore seorsim Dn. Commilitones certiores reddet.

IOHANNES FRIDERICVS STIEBRITZ 1) lectiones *Logicas et Metaphysicas* restaurabit, *Thimmigio* praecunte; 2) nonnullorum votis satisfacturus, *Logicam Baumgartenianam*, editionis celeb. *Toellneri*, seorsim enucleabit; 3) XII. *Prophetas*, quos *minoris* vocant, ex fonte Ebraico interpretabitur, additurus, si fieri poterit, *prophetia Salomonica*; denique 4) *Lectiones Oeconomico-Camerales* ad ductum *Dithmari* offert; quibus qui interesse voluerint, vt mature dent nomina, amice rogantur.

GE. FRID. MEIER docebit hor. IX-X. *ethicam philosophicam* X-XI *Ius naturae*, et II-III. *Aetheticam*. *Logicam* in posterum tantum semestribus aetivis docebit et quidem hor. 2-3

D.

D. IOHAN. FRIDERICVS IOACHIM hora III. IV. tradet *Historiam Imperii Germanici*, vsumque eius insignem in iuris publici disciplina offendet; a IV. V. proponet *Historiam Vniuersalem*, ac notitiam Europae regnorum et rerum publicarum pragmaticam dabit: denique eorum etiam consulet studiis, qui *artis Heraldicae* institutiones desiderabunt.

ADAMVS GVLIELMVS FRANZEN publice hor. III. IV. Demosthenis de corona orationem interpretabitur: *privatim* vero hora IX. X. *Corum Logicam*; hor. XI. XII. et inde a Februario etiam hor. IV. V. *Baumgartenii* Methaphysicam; ac denique hor. II. III. *Heineccii* fundamenta stili cultioris explicabit.

CHRSTIANVS ADOLPHVS KLOTZIVS interpretabitur *Callimachi Hymnos*, quorum editionem Stubelius dedit. 1741. parabilem. Ut quorundam voluntati satisfaciat, enarrabit duce *Burmanno*, cuius libellus nuper prodijt Lipsiae, *antiquitatum Romanarum* rationem. Nec deest iis, qui aut Graecorum Latinorumque poetarum aliquem cognoscere, aut scribendo Latinae linguae facultatem exercere, aut iuris Romani historiam addiscere velint.

EXTRAORDINARIAE.

GOTTL. ANASTAS. FREYLINGHAVSEN hor. X. XI. ad alteram *Theologiae moralis* partem perget; hor. II. III. *Scholas biblicas* continuabit, initium facturus a *Jacobi Epistola* succincte enarranda. Nec deest *disputandi* exercitamenta vel *examina Dogmatica* expetituris.

D. IOHANNES FRIDERICVS IOACHIM hora IX. B. **WOLFII** *Elementa Juris Feudorum* interpretabitur; atque hor. X. *Historiam Juris* per omnes iurisprudentiae partes, B. **HEINECCIO** praesente, tradet.

D. CAROLVS FRIDERICVS PAULI *privatim* hora III. pomerid. *Historiam* S. R. Imp. ad ductum *Schmauffii* *Histor. lus Publ.* hora IV. *Historiam Regnorum Europae* ad *Gebaueri Grundriß*; *privatissime* hora V. *Notitiam* statisticae Regni Prussiae et hora VI. *Notitiam Nobilium Germ.* ad compendium: *Einleitung des deutschen hohen und niederen Adels* explicabit.

D. ERNESTVS FRIDERICVS KNORRE *selecto Auditorum numero Collegium practicum elaboratorium* ad ductum B. **PARENTIS** *Ableitung zum Geordentlichen Proceß* aperiet.

D. FRIDERICVS LEBERECHE SUPPRIAN per instans semestre hibernum *physiologiam publice* exponet: *privatim* autem *pathologiam* tam generalem, quam specialem docebit.

IO. PET. EBERHARD, hor. IX. X. explicabit *Mathesin aspicatam*, hora X. XI. *Mathesin puram*, vtramque **WOLFIO** duce. Hora I. II. *Physicam* ad ductum proprii *Compendii* tradet, et experimentis necessariis illustrabit.


F. W. ELLENBERGER DE ZINNENDORF oratoriae et poesis regulas generales et speciales duce *Bafedow*; hebraeam linguam tam critice et grammatice in librum *Ruth*; quam eursim in *Psalms*; *Diebus Sabbati* accentuationem hebraeam publice tradere apud se constituit. Nec iis tamen deest, qui laborem suum in generali vel speciali aliquo eruditionis campo emetiendo sint desideraturi. Curat Societatis negotia.

IOAN. LVD OV. SCHVLZE 1) *Lectiones cursorias in omnes V. T. libros* continuabit, Deoque iuvante operam dabit, ut *Prophetas* omnes inde a libro *Iudicum* vsque ad *Malachiam*, in hoc semestri absoluat, sicque additis proximo in semestri *Hagiographis* fidem datam liberet. 2) in *Solum* commentabitur. 3) *Syriacae* et *Arabicae* linguae elementa desideraturis proponet. His laboribus accedent 4) *Lectiones privatissimae numismaticae* ad ductum *Compendii* a b. *Parente* conscripti, quod propediem prelo exibit. Forsitan ad *lectiones cursorias* in N. Test. redibit. Perget etiam in exercitiis *disputatoris metaphysicis*, *Horas* *lectionibus* destinatas e *valuis publicis* significabit.

IOH. CHRISTIAN FOERSTER hora IX. X. *Philosophiam primam* secundum **B. BAYMGARTENII** Systema, hor. II. III. eiusdem interpretabitur *Philosophiam rationalem*, enarrabit hora adhuc designanda *historiam Philosophiae*, cuius *lectionis* rationes vberius ex loco publico significabit. *Diebus Saturni* hor. I. II. de rebus *philosophicis Exercitia disputatoria publice* instituet.

CAROLVS RENATVS HAVSSEN dieb. *Lunae, Mart. Mercur. Iov. Vener. et Saturn.* ante meridiem explicabit hora IX. X. *historiam Statuum Europae* secundum *compendium Schmauffianum*: hora X. XI. *historiam vniuersalem* secundum **FREYERI** *erste Vorberreitung zur Universal-Historie*: hora II. III. *historiam Imperii Romano-Germanici* duce **PÜTTERO**: dieb. *Mart. et Vener.* publice *historiam* *Sec. XVIII.* praemissa *notitia scriptorum* secundum librum: *Entwurf einer historischen Bibliothek* &c. (Regensb. 1764.)





(49)

INDEX
 LABORVM
 QVIBVS
 ACADEMIAE
 FRIDERICIANAE
 PROFESSORES
 PER SEMESTRE HIBERNVM
 IN
 STVDIOSAE IVENTVTIS COMMODVM
 OCCVPABVNTVR
 PRORECTORE MAGNIFICO
 D. PHILIPPO ADOLPHO
 BOEHMERO

MED. ANAT. ET CHIRVRG. P. P. ORDINAR.
 ACAD. CAESAR. NAT. CVRIOS. ITEMQVE IMPERIAL. PETROPOL.
 NEC NON REG. BEROL. SCIENT
 SODAL

P. P. d. XXVIII, SEPTEM



HALAE MAGDE
 EX OFFICINA CHRISTOPHOR

